

rum, que mulier moratur ibidem. Et dicit, quod in toto decanatu maior for-
nicator non reputatur.

Item dicit, quod a festo sancti Wenceslai [28. IX.] non vidit Nyetham,
de qua supra, in dote plebani sui⁷⁾.

Pesko dicitus Zbadanez⁸⁾, parrochianus in Horzessowicz, cliens, iura-
tium magnum, quem genuit ex quadam muliere tempore, quo fuit in
Rzebrik.

Item dicit, quod anno de presenti plebanus de Wynarzewicz et plebanus
de Horzessowicz inuenerant litem in Slana propter quandam mulierem, et di-
cit, quod plebanus de Wynarzewicz exiuerat⁹⁾ super plebanum de Horzesso-
wicz extra civitatem ad bellandum, ut audivit.

Dominus Swyecz sive Zwiest, dicitus Craff, plebanus ibidem a XI an-
nis, veniens in Perucz, interrogatus dicit, quod Petrus laicus ibidem contra-
xit cum Vitka muliere et ipsam cognovit, et non sunt proclamati, nec
copulati.

Item dicit, quod anno preterito habuit ancillam Nyetham, quam con-
iavit et ante festum sancti Wenceslai anni presentis fuit terminus dicte
nata, et ibidem in villa genuit puerum¹⁾ nomine, que tamen recessit inpreg-
nata, que est nutritrix circa dominum Swinkam de Blisan, que ante duas septima-
nas fuit in domo ipsius in legacione ex parte domine sue predicte.

Item dicit, quod ipse la[n]guens capiendo, qui dixit sibi, quod infirmatur
in apathekama Pragam pro consilio capiendo, qui tunc sic consultus, coniacet mulieres.
Ibidem promisit ad manus domini archidiaconi et mei notarii, quod
ipse nunquam dictam Nyetham vel aliam habeat concubinam, nec ipsam
ad domum suam intrare permittet, nec bibet, nec comedit cum ipsa et
amplius erit castatus, sub pena sex sexagenarum pro archidiacono et fab-
rica²⁾ solvendarum et pena carcerum ad duos menses, presentibus decano
loci Paulo et Zawissio, plebano in Perucz, testibus.

Eccl. in Chlumczan: a) *Supra del. Petrum scr.* — b) *Postea suprascr.* — c) *Seq. et dicit,*
quod in toto decanatu maior for[nicator] del. — d) *Etiā legi Zbadavecz po-*
test. — e) *Præced. invitaverat del.* — f) *Spatium reseratum non suppl.* — g)

Præced. duo verba suprascr.

Ecclisia in Pozieidielicz, die supra, hora nona.

Dominus Protva, plebanus ibidem in tercio anno, interrogatus per-
iuramentum dicit, prout audivit, quod Krystina, uxor Stuponis procu-
ratoris in curia domini Sezeme adulteratur cum aliis.